

1193

D O G M A T I C I.

1194

credentes in eum, continuo sequitur *Distinctio I. Cum intendat magister determinare, qualiter deus nos christo conuiuificauit &c. et omissis IV. Dubiis*, quae interferit Editio, *Articulus I. Ad intelligentiam uero hujus partis incidit hic questio &c. Extrema consonant: secundum quod in hoc libro explanatum est, sit omnis honor et gloria per infinita secula seculorum. Amen.*

DVII.

- U. 415 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 394. f. per duas columnas nitide scriptus, et minio distinctus easdem *Bonaventurae in III. Sententiar. Librum Quaestiones* eodem modo integras continet, ἀνεπιγχαφους quidem; sed ad calcem fol. 386. p. 2. habes: *Explicit liber tercius fratris bonauenture super sentencijs. Omnis laus in fine probatur.* Folia residua partim fragmentum ex *Operibus Guilelmi de S. Amore* saepius relatis, partim *Tabula in Quaestiones* memoratas occupat. Corio Thecae exterius octies impressum est Sigillum Sacerdotem sacris operantem ad elevationem calicis exhibens cum Perigrapha: *S. Praepositi. In Mirica.* Quidam *Myricam* interpretantur *Heyde*, quo nomine fuit Coenobium Virginum olim in *Hassia*, quibus sui Ordinis Vir *Praepositi* nomine invigilare solet, item Urbs *Bohemiae*, cujus Praeposituram *Zischka* a. 1421. evertit.

DVIII.

Codex membraneus lat. Sec. R. 933 XIV. Folior. 119. f. per duas columnas nitide, multis tamen uocum compendiis, exaratus, coloribus distinctus, et quondam Collegii S. J. *Viennae* Commentarius est in *L. I. Sententiarum Petri Lombardi* inscriptus laconismo *Opus Petri.* Est uero *Petrus* hic a loco natali dictus *de Tarentasia* ex Ord. Praed. ad sedem *Petri* sub nomine *Innocentii V.* adsumtus, quam a. 1276. morte destituit. Plura de eo *Bibliothecarii Ordinis* et *Ciaconius* in *Vit. Pontiff. T. II. col. 203.* Opus incipit: *Nunquid nosti ordinem celi — — Job XXXVIII. Verba ista sunt domini, ad beatum iob. ipsum sicut magister discipulum examinantis &c. Extrema sunt: per quod genus humanum redemptum est. Prestante eodem redemptore qui est benedictus in secula seculorum. Amen. Explicit liber primus sententiarum. deo Gratias.* Sequitur *Elenchus Quaestionum*, et ad hujus calcem: *Explicitunt problemata primi libri sententiarum. Et sunt CCCCIII.*

DIX.

Codex membraneus lat. Sec. U. 439 XIV. Folior. 82. f. per duas columnas multis uocum compendiis exaratus, et coloribus distinctus inscribitur: *III. (Liber) Fratris Petri Super Sententias.* Est is *Petrus de Tarentasia*, de quo *Codice*

ce praeced. Initium Scripti: *Cum uenerit igitur plenitudo temporis. Liber sententiarum sicut quidam fluius paradisi egrediens de loco voluptatis &c. Finis: et eam sua maiestate impleuit, qui est benedictus in secula seculorum amen.*

II. fol. 75. Incipit breuiarium ad omnes materias inueniendas in Jure canonico. Ita quidem: *Verborum superficie penitus refecata de talento credito nobis (vobis) relinquo focii margaritam ut qui stomacho laceffente non possunt uigilias cruciboli sustinere presens opusculum amplectantur, et sint cingulo iuris canonici in momento temporis precincti quod per multa tempora sine maximo labore non poterant adipisci. Ne vero putes Margaritam hanc esse Martinianam illam, quae et seorsim et in Corporibus J. Can. saepius impressa est, additur ad calcem: Explicet breuiarium magistri bernardi ad omnes materias inueniendas in Jure canonico. Varii in hoc Jure elaborarunt Bernardi, Papiensis, Compostellanus seu de Montemirato, et Bottonus, unde difficile dictu est, e cujus Scriptis noster hic Index carptus sit.*

DX.

U. 413 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior 166. f. per duas columnas luculente exaratus, rubro distinctus, et testamento Thomae Haselbachii, cujus mors difertis verbis a. 1464. adfigitur, κτημα Collegii Ducalis olim nostri inscri-

bitur: *Super quartum sententiarum fratris petri de tarentasia pape (Innocentii V. ✠. a. 1276. post 5. Papatus menses) de ordine predicat. Agunt de celebri Theologo Bibliothecarii Ord. T. I. p. 350. ejusque Commentaria in omnes IV. Sentent. Libros typis excusa perhibent Tolosae 1652. f. Nostra incipiunt: Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris &c. In uerbis istis duplex effectus sacramentorum, de quo in hoc quarto libro agitur, sufficienter exprimitur. &c. Definunt: qui est via in exemplo, veritas in documento, vita in premio, Job. XIV. ad quam vitam ipse qui est via nos perducatur, cui est honor &c. Explicet quartus liber super sententias fratris petri de Tarentasia. Per decursum varia manu paullo recentiore subpleta sunt in marginibus.*

DXI.

Codex membraneus lat. Sec. U. 311 XIV. Folior. nunc 227. f. per duas columnas commode exaratus, et coloribus distinctus continet F. Aegidii de Roma, seu Columnae, dicti Doctoris Fundati O. Erem. S. Aug. et Augustinianae Scholae Principis, qui Archiepiscopus Bituric. a. 1316. Auenione decessit, Commentarium in I. Sententiarum Petri Lombardi primis aliquot foliis multatum, unde nunc init: *consequens rationem ut dicit dam. II. libro cap. XXII. Inde est quod sola rationalia &c.*
Sub.